85

1495. Primi Januarii. Ex MS. Capituli Varmiens.

Joannes Albertus DEI Gratia Rex Poloniæ, Supremus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæq Dominus et hæres.

Reverende in Christo Pater sincere nobis dilecte. Libenter quidem favemus commoditati Vestræ. sed natura et opportunitas rerum exigit, ut nobiscum sitis, ut ea quæ incepta sunt, transigere possimus commode, cum consilio Vestro, atq ideo Vobis committimus, Vos affectamus velite ad Nos citissime hucusq venire, secus ob nostram complacentiam non facientis. Datum in Marienburg Sabatho die post festum circumcisionis Domini Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Quinto

Commissio propria
Regiæ Majestatis

Reverendo in Christo
Patri Domino Lucæ Episcopo
Varmiens sincere Nobis dilecto.